



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

10. Tria humanarum actionum principia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

naturæ, quia convenit homini secundum naturam, secundum quam creatus est homo. Altera est eadem anima quatenus per fidem & charitatem cognoscit & amat Deum supernaturaliter, & dicitur imago recreationis & gratiæ. Tertia est quatenus eadem anima per lumen gloriae & charitatem Patris Deum perfectè cognoscit & amat, & est imago perfectionis. Prima convenit omni homini nec umquam per peccatum perditur. Secunda solis justis, quæ anima peccante deperditur & per justificationem reparatur. Tertia solis beatis. Servit hæc distinctio ad intelligendum scripturas, & Patres, qui subinde diversimodè de hac imagine loquuntur.

S Y M B O L U M 9.

Imaginem SSS. Trinitatis agnoscimus ex eo, quod sumus, & nos esse novimus, & nostrum esse ac nosse diligimus. S. Aug. lib. II. de civit. cap. 26.

Scrutator Triadis cupidissimus Augustinus,
Exhibit ingenio Symbola digna suo.
Acceptum Ingenito quivis ferat esse parenti,
Esseque per Genitum me scio Nosse meum.
Esse bonum est, quadrat Divinæ legibus artis,
Et quod ametur opus, Flamen amoris habet.

N. Ex D. Tho. loc. cit. imaginem Dei maximè consistere in eo actu, quo mens nostra fortur, seu ferri nata sit in Deum: sicut enim imago est similis exemplari: quia Verbum Dei nascitur de Deo secundum notitiam sui ipsius, & Amor procedit a Deo seipsum amante.

S Y M B O L U M 10.

Triæ sunt juxta vulgi opinionem humanarum actionum principia, sensus, mens, appetitus; juxta veritatem autem tantum duo; mens & appetitus. Ex Arist. 6. Eth. c. 2. & Enchri. Eth. peripat. Exim. D. Ant. Dave S. Theol. Doct. Louan. & profess. publici & ordinarij moralis doctrinae.

Principium triplex humanos elicit actus,
Meta tamen fieri posset, ut una trium,

Me-

Mentis luce, bonum proponitur ; appetis illud ,
 Prosequeris toto corde , fruique cupis.
 Lux fidei Triadem solam proponit amandam ,
 Est quod ames summum, quo ve fruare , bonum.

SYMBOLUM 11.

Tres operationes intellectus

simplicium apprehensio , compositio , Discursus.

Est tabulae primum mens nostra simillima rasæ ,
 Nulla rei species , nullus inestque color.
 Mox subit ens simplex ; varijs dēin aucta figuris ,
 Quæ disiuncta unit ; colligit inde sequens.
 Esse Dei simplex puro signatur ab actu ,

Tres quoque Personas actio trina refert.

N. Homo intelligendo fit quasi omnia, ut ait Arist. 3. de An. quia omnium rerum imagines & simulacra in phantasiâ & mente sibi efformat. In quantum quamdam Dei similitudinem repræsentat,

SYMBOLUM 12.

Tres hominis appetitus.

Rationalis , & Duo sensitivi , concupiscibilis , & irascibilis.
 Bonum enim, quod est obiectum appetitus ; vel apprehenditur per intellectum & est appetitus rationalis ; vel per sensum in quantum conveniens , sensuque delectabile , & est concupiscibilis ; vel ut arduum , & licet non sit delectabile secundum sensum , tamen conveniens secundum aliquam commoditatem , & est irascibilis.

Unus est animæ triplex selecta cupido ,
 At ratio sumnum regia c ulmen habet ,

E e

Irave